Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36516
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

morem a solo maiore priore abbate commoto petere veniam. tamen
in monasterio nostro usus est ut aliquando si maior offendit mi-
norem petat veniam ab eo. In monasterio nostro hoc non agitur ut qui
in chorum intrare non potuerit vel noluerit in aliis locis eum
tum teneat et ad accipiendam aquam benedictam vel ad missam hora
communionis chorum intret et corpus domini accipiat exceptis
tribus diebus ante pascha in quibus ad communionem accipiendam
post alios ad altare vadat si valet. sic in capite ieiunii ad
accipiendos cineres chorum intrat, et in parasceue ad oscu-
landam crucem. Minuti sanguine et infirmi qui extra chorum sunt
ad horas regulares aut dicendo aut audiendo finita
hora debent facere ante et retro. Non est nostra consuetudo nec ab-
batem nec aliquem nostrum facere venias orationi nisi in choro. In diebus
xlme feria iiii et feria vi. duo generalia cocta dantur in refec-
torio unum coctum unum crudum videlicet de composita et
una pietantia similiter de crudo. In vigiliis apostolorum et aliorum sanctorum
et in ieiuniis iiii temporum indifferenter duo generalia cocta
et una pietantia de crudo. Si quis ante alios vult surge-
re de mensa et per accipienda licentia pergit ad gradum ante
quam incipiat versum parum se inclinare debet ibi ante po-
re et cruce ante gradum tantum uno in loco et dicto versu ex-
ire foras refectorium quod debet. Fragmenta hospitum clericorum
sedentium in refectorio colligunt cum seniorum fragmentis. Fratres
qui in diebus xlme mittuntur in leviore culpa in prefectione ser-
vitorum reficiunt. Et si aliquis fratrum tempore xlme aut causa in-
firmitatis aut necessitatis extra monasterium eundi propter uti-
litate loci iubente potest ire in refectorium licentiam scilla